dum vl'in modico/tuis viribꝫ q̃s fater⁷ in ualidas innitiꝫ. Si p̃terea cũ venerit tibi pes supbie claudicas ⁊ corruis. vbi ceci/derũt omẽs q̃ opanꝫ iniquitatẽ. In deo q̃ solus est immutabil⁹/spes dũtaxat figẽda est/cũ illo qui dicit mihi adherere deo bo/nũ est ⁊c. ¶ Intellige p̃terea vt ad cepta re grediar vñ diuerti longi⁹: psequendo sup biam. intellige inq̃ q̃d salomon repit duꝫ solo hũane industrie studio ad cognitõeꝫ diuinoꝝ nisus est ptingere/q̃lis est pñs in quisitio de veris atq̃ falsis reuelatiõibus ¶ Cũcta inq̃t tentaui in sapia/dixi sapiens efficiar: ⁊ ipa longi⁹ recessit a me/ml'to ma gis q̃z erat/⁊ alta pfunditas. q̃s inueiet eã ¶ Et nunq̃d nõ afpicitis doctissimi viri. nũ q̃d nõ animaduertis⁷ sil'e aliq̃d in pposita questione. q̃ plane tanto ampli⁹ mihi visa est exaltari/ q̃nto plus q̃sita est penetrari. ¶ Et ibi vere deficiũt scrutantes scrutinio. ¶ Attũ bene actũ est. nõ pdidim⁹ operã: vos audiendo: ego loquẽdo. si de nob nõ de d̃i munere diffidim⁹. si pinde iugiter hẽam⁹ ad dñm sursum corda/petẽtes ne fallam⁹ ⁊ fallamur. ¶ Nã homi bono in ꝓspectu suo dedit de⁹ sapiam ⁊ scientiã: inq̃t salomon ¶ Si monete spũaliũ reuelationũ nos exa/minatores esse ꝓtingit/studeam⁹ esse q̃les descripsim⁹. ¶ Adheream⁹ deo et scripture ei⁹/p quã ⁊ in q̃ semel loquiꝫ nob de⁹/⁊ id/ipm nõ repetit. ¶ Debem⁹ in eo q̃dẽ iudi cio tũ in oibus. tũ p̃cipue in ista examina/tione nõ p̃cipitare sniam/sꝫ vsq̃ ad plenis simã examiatiõeꝫ suspẽsuꝫ tenere iudiciũ matie nisi falsitas aut fatuitas cognata/ falsitatis apta sit. vbi ꝯo nihil p̃mo' aspe/ctu falsum vl' delirũ ꝓspiciꝫ. nõ solũ explo rare ꝓuenit q̃ acta sunt sꝫ exitũ expectare. ¶ Nã pmittit aliq̃ñ demon veritates pluri/mas/⁊ post tpis tractũ q̃ñ psuasit boibus tũc id q̃d fallit sumministrat. ⁊ h̃ vel ad de ceptionẽ singular⁷ psone: vl' ad impugna/tionẽ miraculosaꝝ opationũ nr̃e religiõis quib̃ fides innixa subsistit. vl' ad vitupe/riũ tori⁹ deuotiõis/aut ad scandalũ verbi diuini ¶ Eteĩ dũ cadit vn⁹/quẽ antea mgni eẽ nois taliũ reuelationuꝫ fama vulgauit ¶ Irrident ipi deinceps seculares / seculari ter viuentes/ vnũquẽlibet q̃ religiosa sim/plicitate vitaꝫ agere decreuerit. ¶ Appellaꝫ ꝓfestim illusor ⁊ illusus/clamaꝫ fantastic⁹ exibilatur papelardus: begosus: ⁊ begar/dus/⁊ sic occasione accepta irridetur iusti simplicitas. ¶ Sꝫ ⁊ simplices p talia palaꝫ decepti/aut vir aut nunq̃z pñt ad viã veri tatis reduci. ¶ Que cã est/qm̃ neq̃z audiunt clericos q̃s hypocrisi inuidia: ⁊ maligni/tate laborare credũt. neq̃z emendanꝫ p lai cos q̃s ignorãtes vt seipos esse cognoscũt ¶ Predictoꝝ oium hec summa est vt exa minek numisma diuine reualatiõis/si ba/beat pondus hũilitat⁷: absq̃z curiositate ⁊ tumoris vanitate. ¶ Si flexibilitatẽ discre/tionis/asq̃z supstitiosa estimatiõe: ⁊ abie/ctione ꝓsilij. ¶ Si durabilitatẽ patientie in aduerſ: absq̃z remurmuratiõe ⁊ sicta emu latione. ¶ Si veritat⁷ ꝓfiguratiõem absq̃z mendosa aut inepta assertione. ¶ Si colorẽ viuidũ ⁊ sincerũ/diuine charitatis: absq̃z carnalitat⁷ scoria ⁊ fece. ¶ Et qm̃ hec omnia circa elysabeth ⁊ zachariã extiterũt ĩ reue/latione eis facta de iohe ⁊ ei⁹ noie. ¶ Cõmẽ dari ñ irrationabiliꝫ dict⁹ est ipe Joban/nes/tanq̃z bñs nomẽ reuelatuꝫ/q̃d os dñi nomiauit. q̃d notari dignuꝫ in prima no/stri textus pticula fuit iohes ⁊c. ¶ Cui⁹ me/ritis ab omi nos erroꝛe custodiat ipa veri tas christus iesus/qui est bñdictus ĩ secu/la seculorum. Amen.

¶ Trigilogiũ astrolo

gie theologizate/ab eodẽ scriptũ lugduni Anno dñi. M.cccc.xix. ad delphinũ vni cum regis francie filium.

¶ Probemium

¶ Sapientiã que a dño deo est. que ⁊ de se p̃dicat. ¶ Per me reges regnãt/ quã vsi/tato nomie theologiã di/cim⁹/ null⁹ recte existima bit ꝓtrariã eẽ cuicũq̃z vere scientie. omẽ eĩ vez omi ꝯo ꝓsonat. ¶ Quin etiã theologia scias oẽs alias sibi subdi/tas hꝫ/velut ancillas/in q̃b si q̃d pulcruꝫ est/illud approbat ⁊ decorat. si q̃d noxiũ ⁊ turpe illud abijcit ⁊ mũdat. porro si quid supfluũ est resecat. supplẽs q̃cq̃d fuerit di/minutũ. ¶ Propterea nõ est h̃ negãdũ ab a/strologia/quã eẽ sciam nobilẽ ⁊ admirabi lẽ p̃mo p̃riarche adã ⁊ seq̃cib̃ reuelatã/the ologia nõ abnegat. ¶ Verũtñ hãc ancillam suã astrologiã nõnulli tot vanis obfuari/onib̃/tot impijs erroribꝫ/ tot supstitõib̃ sacrilegis deturpãtes maculauerũt/ nesci entes in ea sobrie sapere/ac modeste vti. q̃

apud bonos ⁊ graues reddita est nedũ infamis/sz religioni xp̄ianoꝝ/suisqꝫ cultoribus pestilẽs ⁊ nociua. Succurrendũ igit̄ existimaui huic errori/p̄cipne ꝓpter te p̄nceps illustrissime Delphine/q̄ supes vnicus heres xp̄ianissimi regni francoꝝ/⁊ iure regẽs ip̄m/quatin⁹ seduci nõ possit optima indoles tua/ab extranea muliere/q̄ mollit sermones suos ostentatõe p̄sciẽtie futuroꝝ/⁊ operatõis mirandoꝝ. Astrologiã loq̄r q̄rundã ꝓphanoꝝ se philosophari dicentiũ. Hãc ego nũc a dña sua theologia/veluti modeste cõpositaꝫ. mundatã. ⁊ ornatã/sub triginta ꝓpositõibꝫ q̄si cũ totidẽ monilibꝫ p̄ciosis deducendã fore/salubriter iudicaui/corã celsitudinis tue ꝯsiliariorũqꝫ tuoꝝ prudẽtissimoꝝ/claro intuitu. de q̄ sapiẽs/rex q̄ sedet in solio iudicij/intuitu suo dissipat om̄e malũ. Opto deniqꝫ nitor ⁊ supplico. quatin⁹ ꝑ ꝓspeꝝ: religiosuꝫ: veꝝ: ⁊ deuotũ regimẽ regni. dñs noster ih̄s xp̄s: rex regũ: ⁊ dñs dñantiũ/te ꝓprio sanguine suo redemptũ/perducat ad eternũ.

¶ Prima ꝓpositio.

Celũ a deo glorioso libere/ꝯtingenter ⁊ cũ tp̄e/ꝯstitutum esse. Quoniã dixit ⁊ facta sunt.

Cõmentuꝫ. Errauerũt h̄ mlti astrologi/nõ illuminati ꝑ fidẽ/q̄ posuerũt ꝑpetuitatẽ mũdi/eo q̄ de⁹ agit ĩmutabiliter. ⁊ inde posuerũt aĩas rõnales/cum nõ possint actu esse infinite numero/aut migrare de corꝑibꝫ in corꝑa/vt plato pithagoras virgili⁹ ⁊ alij pl̄es. Aut q̄ generant̄ ⁊ corrumpunt̄ cũ corꝑibꝫ. vt Alexander ⁊ epicurus Aut q̄ vnic⁹ est intellect⁹ in om̄ibꝫ hoĩbꝫ. vt Auerrois ĩponit aristoteli. vnde timẽdũ est ne nimis astrologisare aut philosophari volẽtes. sic̄ Origenes ĩ fine vite sue incidãt in p̄dictos errores vel aliquẽ eorũ vel sequentium.

¶ Secunda ꝓpositio.

Celũ esse velut instrumentũ dei gl̄iosi/⁊ ꝑ ip̄m machinã mũdi corruptibilis r̄gulariter gubernari.

¶ Cõmentũ. Errauerũt hic aliq̄ dicẽtes celũ nihil agere/sz tantũmodo signũ esse/allegãtes illud. Et erũt in signa ⁊ tp̄a. Dicitur aũt mundi corruptibilis ꝓpter aĩas rõnales que regunt̄ a deo ĩmediate sine celo/quo ad naturã/quo ad gratiã/quo ad gloriã/⁊ generaliter q̄ ad om̄ia dona ⁊ illuminatões supnaturaliter infusas. Addit̄ aũt regulariter ꝓpter miracula facca tã ĩ celo q̄ꝫ in terra/sicut in statõne ⁊ retrogradatione solis tp̄ibꝫ Josue ⁊ Ezechie/⁊ in eclipsi tp̄e passiõis. ĩ diluuio generali. ĩ sacramẽto altar̄. ⁊ ĩ alijs sine nũero miracul̄

¶ Tercia ꝓpositio.

Celũ nihil in creatõe aĩaꝝ ratõnaliũ ĩfluere/⁊ ip̄as aliter post/q̄ꝫ ante lapsum regi.

Cõmentũ. Errauerũt h̄ Auicẽna ⁊ sui seq̄ces q̄ ad primã partẽ. Et q̄ ad secundã om̄es tam astrologi q̄ꝫ alij q̄ nõ posuerũt corruptionẽ peccati originalis/putantes nullũ statũ esse nature lapse. sz illi⁹ tantũmodo que primo instituta est/vt ⁊ nũc sumus s̄m eos/morti. s. passionibusqꝫ de necessitare subiecti. Cõstat aũt q̄ si adã non peccasset/tũc nec fuisset infern⁹. q̄lis nunc est pro hominibꝫ. nec xp̄s fuisset incarnatus/saltem ad moriendũ. nec spũssanctus fuisset dat⁹ in varijs linguis. ⁊ ita breuit̄ de om̄ibꝫ nostre reparatõis misterijs. Attamen est probabilis opinio ⁊ subtilis/q̄ deus prescius futuri casus hominum/descripsit in celo quasdam congruentias cõcurrentes in decursu totius mundi/vsqꝫ ad finale iudicium. Et hoc intenderũt illi qui voluerunt concordare astrologiã cuꝫ theologia/sicut reuerendissimus pater dominus cardinalis Cameracens̄. ⁊ illi q̄s inducit loquentes de sectis/⁊ de diluuio sensisse videntur. Facit ad hoc q̄ vix reperitur aliquod miraculum fuisse factum quin in circũstantijs concurrerit aliqua naturalis actio. ¶ Preterea fides quãuis sit supernaturalis/non refutat rationes/⁊ congruentias naturales. nec charitas supernaturalis/motiua naturalia ad amandum/quoniam talia faciunt ad consolationem fidelium atqꝫ mundanorum. Hoc tamen obseruare conuenit/ne fidelis dei amicus/vtatur talibus rationib⁹/⁊ obseruationibus/tanq̄ꝫ principalibꝫ/et cogentibus motiuis ad credendum deo/sibiqꝫ per charitatem inherendum. Alioquin meritum fidei perderet̄/⁊ irrisio maior apud infideles ⁊ humanos sequeretur scientibus illis q̄ talia non conuincunt. Et sub hoc sensu dicitur in epilogo. q̄ misterium nostre reconciliationis nihil habet in celo. hoc est cui principaliter inten-

dere debeam⁹/ vt ille q̃ nasonē impudicis/ simum introducit ob hinc credidisse. Denicq̃ obseruet ne quid nimis. ¶ Sed qm̃ Virgili⁹ ait. Solē q̃s dicere falsū audeat Offert hic p scolasticoꝝ exercitio sylogis/ mus talis. Ostenso itaq̃ celo p statu sue creatōis ante lapsū primi hoīs/ arguit sic Celū psignabat incarnationē filij dei/ cuz multꝫ alijs effectib⁹ factis ꝓpter reparatō nē hoīs peccātis. ⁊ prim⁹ hō nō peccabit/ nec fiet ei⁹ repatio cū suis effectib⁹. ergo celum pdixit falsū. ꝯsequētia est necessaria. ⁊ antecedēs p illo tūc erat possibile/ ⁊ sibi cōpossibile. qm̃ maior est necessaria. cū sit de preterito vera. ⁊ secūda tūc erat possibilis. ergo ꝯsequēs est possibile. s. q̃ celum dixit falsū. ⁊ ita cū celū fuerit īmediate creatum a deo/ de⁹ dixisset falsum p celū/ qd blasphemiū videtur.

¶ Quarta ꝓpositio.

Celum virtutes a deo diuersas p varietate suaꝝ partiū stellaꝝ planetaꝝ ⁊ motuū recepisse. sz eas ab omnibus comprehēdi non posse.

¶ Cōmentū. Errāt ⁊ experientiā negant sentiētes oppositū/ cū celū sit sic horologiuz pulcerrimū/ cōpositū ab artifice sūmo cū sit etiā liber sentētiosissim⁹ exemplatus ab exēplari libro vite infinito ⁊ eterno/ q̃ nominat mund⁹ archetyp⁹. in quo id qd factū est vita erat. Porro de stellis dicit p pheta. Qui numerat multitudinē stellaꝝ ⁊ omnib⁹ eis noīa vocans. Nec aūt vocatio q̃d aliud est q̃ distincta virt⁹ ⁊ operatio stelle cuilibet attributa. Nomē quippe sumit a ꝓprietate rei. Et qm̃ innumerabilis est hmōi ꝓprietas. Exclamat magn⁹ dñs noster/ ⁊ magna virt⁹ eius/ ⁊ sapientie ei⁹ non est numerus.

¶ Quinta ꝓpositio.

Celuz obedire ad nutū deo glorioso. atq̃ ipm̃ opib⁹ humane recreationis seu reparatōis inferius/ ⁊ subditū esse.

¶ Cōmentū. Errauerūt hic mlti astrologi ⁊ philosophi/ q̃ posuerūt deū agere de necessitate nature/ ⁊ q̃ negauerūt misteriū nostre redemptōis a seculis abscondituz ꝓpter qd nedū celū corporeū/ sz etiā ãgeli ⁊ intelligētie sunt. sic dicit apls. in ministeriū missi. Tradit insup moyses Deut. iiij. q̃ solē ⁊ lunā ⁊ oia astra celi creauit deus ī ministeriū cūctis gentib⁹. Vñ ⁊ describēs creationē mūdi posuit pri⁹ fuisse virgulta terre/ q̃z sol vl stelle formarent/ vt oñderet deū posse agere sine sole ⁊ stellis. Luz igit hō sit qdāmodo finis oīm sic Aristo. videtur posuisse. ij. phicoꝝ. optet ꝓm variationē hoīs cetera variari/ sic pri⁹ tangebat ō statu nature integre ⁊ lapse. Et sic apparz ī miraculis factis supnaturaliter. vt hoies supnaturale suū finē adipiscerent. p fidez. spem ⁊ charitatem.

¶ Propositio serta.

Celū generale influēs esse et remotū/ ⁊ actōes suas in patiēte dispposito recipi/ deū ꝓ nedū vniuersaliter ⁊ remote. sz singularissime ⁊ ꝓpinquissime opari.

¶ Cōmentū. Errauerūt h astrologi q̃dā vt Alkind⁹ ō radijs. ⁊ sil'es. ponentes res inferiores nihil agere/ sz tantūmodo deferre radiosas influētias celi/ ⁊ inde fieri effect⁹ sil'es numero/ pri⁹ istū q̃z illū ꝓpt determinatōez celi/ vt ī pductōe graduū calidi tatis/ quā determinatōez alij solū referūt ad diuinū bñplacitū libere ꝯtingēter agēs ꝯformiter ad scdaz partē ꝓpositōis q̃ de⁹ est agēs īmediatissimū ⁊ ꝓpinquissimū. ñ obstāte coefficiētia causaꝝ secūdaꝝ. Et h errauerūt aliq̃ doctores etiā catholici. ponentes deū esse causā nō īmediatā in oñi effectu. qm̃ inquiūt alie cause supfluerent Esset pterea de⁹ causa īmediata actuū voluntatꝫ tā bonoꝝ q̃z maloꝝ. ⁊ ita esset autor pēti. Sz p nobis est articul⁹ parisiēs. dicēs/ q̃ de⁹ sit causa remotissima sic q̃ nō ꝓpinq̃ssima. error. Nihilomin⁹ offertur h p scholasticoꝝ exercitio silogismus tal' ad pbandū. Qz si de⁹ īmediate agat actū voluntatꝫ/ de⁹ facit ⁊ vult peccatū/ signando sortē q̃ facit substātiā alicui⁹ act⁹ ō phibitionē dei/ ⁊ vocet A. Tuc arguit sic. Sortes facit a. actū. ⁊ sortes habet pceptū dei de nō faciēdo a. actū. g̃ sortes peccat cōsequētia est necessaria. ⁊ de⁹ vult ⁊ facit quālibet partē antecedētis. ergo ⁊ totū antecedens/ cū ꝓtes sint sibi cōpassibiles. g̃ deus vult ⁊ facit totū ꝯsequens. s. sortē peccare qd videt blasphemiū.

¶ Propositio septima.

Celū effect⁹ nedū varios sz ꝯtrarios vel oppositos/ ī iferiorib⁹ facere p diuersitate materie/ rationib⁹ seminalibus plene.

¶ Cõmentũ. Errauerũt hic astrologi illi q̃ volẽtes iudicare ꝺ natiuitatib⁹/ vl' mor te vel alijs inferior ꝺditionib⁹/respicien/ dum esse dicunt ad solũ celũ ⁊ ꝺstellatões eius vnde ⁊ experientia ꝺuincit eos. sicut deducit Augustin⁹. v. de ciui. dei. de duo/ bus geminis diuersar fortunar. Sicut ⁊ experientia docet de terra ⁊ luto ⁊ simili bus. Et de varietate sine numero diuersa rum herbar ⁊ plantar in eadẽ puula pte agri. Q; si dixerint varietates tales fieri ꝑpter diuersitates angulor influentialiũ celi/qui terminauk velut in indiuisibili/ ⁊ inde diuersificant in partib⁹ loci suos effe ctus. Et ꝗ saltẽ habek quẽadmodũ de ge minis ꝺcludit Augustin⁹/cõtra responsi onẽ de rota figuli mota ⁊ pcussa/ q̃ iudici um cuiuscũq̃ astrologi ferri nõ ꝑt sup tan ta incertitudine ⁊ ignorantia diuersitatis huiusmodi imperceptibilis influentiarũ angulariũ velut indiuisibiliũ. Deniq̃ vi/ dem⁹ regulas astrologie de ventis ⁊ plan tis. ⁊ alijs naturalib⁹ effectib⁹/aliter ⁊ alit verificari seu falsificari. ꝑ diuersitate situ um ⁊ figurarum ⁊ dispositionũ hui⁹ terre vel illius.

¶ Propositio octaua.

Qelum cũ sideribꝫ ⁊ planetis. in omnib⁹ suis cõbinationib⁹ mo/ tuũ. directionũ. retrogradatio num. oppositionũ cũ reliquis circũstantijs. multo plus ab hominib⁹ ig norari q̃ sciri.

¶ Cõmentũ. Errauerũt hic quidã iactã tes se de omnib⁹ scire rñdere. vt Gorgias. Contra quos fuit Achademicor iuz disci plina. ⁊ si nõ verior tamẽ plus sobria dicẽ tium se nihil scire. Nec mirum de toto ce/ lo. cum nec minimũ foliuz arboris tantũ sciatur ab hominib⁹ quãtũ ignoratur. cũ ꝺtinet numeros ⁊ figuras ⁊ earum combi nationes infinitas. Preterea sunt aliqui motus octaue spere ⁊ planetarum prius ignorati ab astrologis: ⁊ satis nouiter in/ uenti. Deniq̃ presupposita creatione mũ di cuius duratio nondũ est septem milia annorum ꝟm veritatem fidei/non potuit per obseruationes astrologicas/inueniri saltem quo ad affectus/calculatio magni anni quem Plato posuit. xxxvi. milium annorum. Et ita de calculationibus alia rum constellationum/que non potuerũt totiens repeti vt facerent experientiã cer/ tam ⁊ naturalez astrologis de talibus vel talib⁹ effectibus consequentib⁹ huiusmo di constillationes/quarum aliqui nunq̃ fuerunt. aliqui raro. aliqui semel aut bis propterea finxerunt astrologisantes paga ni ⁊ infideles arabum ⁊ indorum/infini/ tam vel velut infinitam annorum multi/ tudinem. vt Albumasar ⁊ Marcian⁹ scri bunt. Potuerunt igitur per solam diuinã inspirationem factam ade vel abrae vel si milibus/dari vere regule/vel de tota vir/ tute celi quantũ voluit de⁹ reuelare ⁊ nos scire sine curiositate. Valde autem pauca sunt talia pro statu ꝑsentis miserie/que or dinata est ad visum beatitudinis eterne/ vbi videbik de⁹ omnia in omnibus.

¶ Nona ꝑpositio.

Qelum habere cõmensurabiles vel incõmensurabiles motus signorum/insuper ⁊ certos pla/ netas huic vel illi genti domi/ nari prorsus incertũ esse.

¶ Cõmentum. Errauerunt vt experien tia docuit certitudinẽ afferre volẽtes. vbi solam posse haberi rhetoricã ꝑbabilitatẽ/ deducit magister Nicolaus orsine/ ⁊ post eũ domin⁹ petr⁹ cardinalis Cameracen/ sis/sumens exinde radicẽ vnã difficultat astrologicor iudiciorũ. Et inde forsan est q̃ nondum videk reperta ꝑcisa quantitas anni solaris/aut ex qua radice ꝑcedit. Ce terum varietas assignantium huic vel il/ li plagẽ terre talia vl' talia signorum domi/ nia/satis incertitudinẽ esse monstrat.

¶ Propositio decima

Qelum cum sideribus et plane/ tis: suum lumen influxiuum ꝑ varietate fractionis et refracti onis radiorum luminariuz: et diuersitate mediorum diuersificare: ⁊ nõ veros situs aspicientib⁹ ad terram mon/ strare.

¶ Cõmentum. Errauerunt hic pauci vl' nulli qui sciunt cum astrologia perspecti/ uam: vnde sumitur radix altera difficul/ tatis astrologice iudicatõnis. Inuenitur ⁊ alia difficultas ex collatõe zodiaci: vtrũ videlicet sit in primo celo q̃cũq̃ sit illud an in firmamento ꝟm figurationẽ stellarũ fixarum ĩ eo. Compertum est enim firma mentũ moueri cõtra motũ primi mobilis Et ita ꝺsequẽter zodiac⁹ mutarek. Sunt ⁊ alie difficltates motõis planetar ĩ suis

augibus/epiciclis/eccentricis/fm ascensũ descẽsum.stationẽ.retrogradationẽ.titu/bationẽ.circũgirationẽ in centro ppzio/q̃ oia punctaliter obseruare poterit nemo in quibꝫ ⁊ similibꝫ diuĩa se sapiẽtia ludere dicit ⁊ ostendit.

¶ Propositio vndecima.

Qlum cũ sideribꝫ ⁊ planetis/illos q̃ztũ ĩ se est culpare/⁊ ĩ abusum trahere/q̃ de singularibus effectibꝫ pdicere psumũt cõpertum esse ⁊ eos crebro falli ⁊ fallere posse.

¶ Cõmentũ. Errant tales/ex ignorãtia vl' ex fraudulẽtia vl' ex arrogantia. Et qz nõ attendũt veritatẽ vni⁹ ppositõnis pcedentis/q̃ celũ est solũ influẽs generale. Cuius ratio pticularisat vel singularisat aut a deo solo.aut a dispositõe materie. Si aũt obijcit q̃ inueniunt pdicere multa vera. Rndet q̃ ml'to plura falsa.⁊ ideo vera dicũt vl' a casu/vl' a multitudine eoꝝ q̃ dicunt/vel a malis q̃ psagiũt/q̃ sũt vt in pluribꝫ aput hoies/vl' a fantasiatõe ⁊ obfuatione eoꝝ q̃ audiũt/vl' a cognitõe secretorũ/maxime dñoꝝ/⁊ eoꝝ q̃s frequẽtant/q̃ inuestigãt diuersis medijs p fautores suos.⁊ h̃ est frequẽs ⁊ expertũ.aut fit deniq̃z ab ĩmixtione opationis demonũ/ppter seducẽdos tã pdicentes/q̃z fidẽ adhibentes ĩ talibꝫ/p damnabilẽ curiositatẽ sciendi futura/⁊ ea q̃ pater sol⁹ habet in sua potestate. Hinc vulgat⁹ autor ait. Qd de⁹ intendit noli perq̃rere sorte. Qd statuit d̃ te sine te deliberat ipe. Hinc rursus. Mitte archana dei. Cõformiter ad sapiẽtẽ. Que tibi pcepit de⁹ illa cogita semp/⁊ ĩ plꝫ opibꝫ eius ne fueris curiosus. Hec si obseruaueris/miscebit se tibi tuisq̃z actionibus angelus bon⁹. Signũ aũt immixtionis dyabolice actionis est/q̃ iuxta dictuz cuiusdam magni viri sepe ĩ iudicijs astronomicis/vbi minus est de ratione naturali/⁊ nihil de miraculo/ibi crebrior euent⁹ inuenitur.qd̃ esse signum pactionis cũ demonibus Augustinus tradit/secundo de doctrina christiana. Et sacre theologie facultas parisienſ idipsuz alias declarauit cõtra idolatricam prauitatem. Notetur hic Augustin⁹ libro de ciuitate dei satis circa principium. His inquit omnibꝫ cõsideratis/nõ ĩmerito creditur cum astrologi mirabiliter multa vera respondent/occulto instinctu fieri spirituum nõ bonorum/quorum cura est has falsas ⁊ noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus/atq̃z firmare/non horoscopi notati ⁊ inspecti aliqua arte que nulla est.

¶ Propositio duodecima.

Qlum super somnia ⁊ sup auium volatus/⁊ garritus/multã vim habere/sz nõ ob hoc somnia/vel auguria/vel traditões magicorum/se super celestem virtutẽ fundantiũ/in geomantia.chiromantia.piromantia.cũ similibus obseruãdas esse.

¶ Cõmentum. Errauerunt hic q̃ ad partem secundã omnes fere gentiles ⁊ idolatre romani.arabes.indi ⁊ ceteri.errãt ⁊ supstitiosi xpiani.sortiligi ⁊ magici. Et eo damnabilius quo per fidem verã sunt illuminati/⁊ per eam prohibiti/ne talibus intendant vel vtantur. Cum etiam videant se ueritatem iudiciorum cõtra tales per ecclesiasticos ad incarcerationem perpetuã per seculares ad ignẽ.p deũ ad gehennã

¶ Propositio tredecima.

Hngelos vel intelligentias non animare/sed regere celum/cuz sideribus ⁊ planetis ad dei gloriosi voluntatem.

Cõmentum. Oppositum dicitur sensisse plato/⁊ quidam aliorum/dicentium totum mundum esse animal magnũ. Sz tenenda est fide certa nostra ppositio/cui ꝓcors est philosophia aristotelis.

¶ Propositio quartadecima.

Hngelos seu intelligentias per imperium ⁊ voluntatem influere in speram corruptibilium/frequenter cum celo.⁊ aliquando sine celi adminiculo.

Cõmentum. Oppositum sensisse videtur maior pars philosophoꝝ/dicentium contra fidei veritatem.q̃ angeli nõ agunt nisi mediante motu celi cum suis orbibus vnde ⁊ per orbem Lune dari posuerunt formas in inferioribus virtute actionis sue intelligentie ⁊ superiorum. Sed q̃ p imperium ⁊ voluntatem agant intelligentie/concedere videtur Auicẽna/ponens libertatem cõtradictionis in angelis/⁊ magis q̃z in hominibus/sicut est veritas fidei. Quãuis albert⁹ philosophisãs cõformit' ad peripatheticos/vl' q̃sdã astrologos voluerit h̃ impugnare/deducẽdo ad h̃ q̃

tunc nõ possunt haberi determinate regu
le de actionibus vel influẽtijs intelligẽtia/
rũ/ex quo libere cõtradictorie agerẽt. Hoc
aũt esse incõueniens reputassent astrologi
et philosophi/quos sequitur. Et similiter
idolatre oẽs/qui per carminatiões ⁊ magi
cam artẽ posuerunt demones in idolis cõ
cludi vel alligari posse/quẽadmodũ tradit
Hermes trimegistus de egyptijs/qui non
habẽtes quõ crearẽt animas/ inuenerunt
artem quõ spũs includerẽt/et inde miracu
la facerent ac responsa darẽt. Ueritas autẽ
fidei concedit cõsequentiã ⁊ consequẽs il/
latum ꝑ Albertũ. Addens demones non
cogi ꝑ artes magicas. sed ita fingere cogi/
vt colant sicut di/et homies fallacia multi/
plici decipiant.

Propositio. XV.

Angelos seu intelligẽtias/ad crea/
tionez anime rationalis nequaq̃
attingere. sed nec eidẽ illabi posse.

Commentum

Oppositum senserunt aliq̃ philosophanti
um et hereticorũ/ponentiũ anias rationa
les extraduce fieri vel corrũpi. Ceterũ q̃c/
quid dixerint aliq̃ de energuminis/lunati
cis/et similibꝫ. ꝙ demon opprimit aĩas eo
rum q̃si subintrans eas. Quicquid p̃terea
dicat veritas catholica ꝙ demones sũt in/
cẽsores vitioꝝ/et boni sunt illuminatores
animaꝝ/nihil istoꝝ fit ꝑ illapsum qui soli
deo ꝓprius est/possidẽs aĩam ad suũ plenũ
imperium.

Propositio. XVI

Angelos vel intelligẽtias ad immu
tationẽ humane libertatis/natura
liter ⁊ ĩmediate ꝓ statu vie nequa/
q̃ attingere.

Commentum

Oppositũ videtur posuisse Auicẽna ⁊ ca
tholicoꝝ aliq̃/dicẽtes aĩam rationalẽ sup
irradiari/et supilluminari ĩmediate etiã ꝓ
statu vie/ꝑ lumia supiora dei ⁊ angelorum
non cõcurrẽti sensuali vel fantastica visio/
ne Et inde conati sunt prophetias tam in
somno q̃ in vigilia/⁊ p̃uisiões multas oc/
cultas ꝑ energuminos. Et ita se saluabat
machametus epilẽticus/ꝙ cadebat nõ po
tẽs ferre illuminationẽ angelicã. Sed ari
stoteles. cui fides ꝯsentit est ꝑ nr̃a ꝓpositio
ne/dicẽs necesse est quãcũq̃ intelligentez
fantasmata speculari/dãs signũ huiꝰ ꝙ de
ficiẽte nobis a natura vno sensuũ/deficit ⁊
nobis sciẽtia de illo sensu. Stat nihilomi
nus ꝙ aĩa rationalis in sui creatione susce
pit formationẽ seu illustrationem desup a
deo/in qua ⁊ ꝑ quã cognoscit veritatẽ p̃n/
cipioꝝ primoꝝ/sine p̃uia acceptiõe ꝑ sen/
sus seu fantasmata/q̃uis in aciũ nõ exeat
fantasmatibus nõ p̃euisis. Ad qd̃ referri
posset Boecij de aĩa verbũ ex platone. sum
mamq̃ tenens singula perdit.

Propositio. XVII.

Angelos omnes esse administrato
torios spiritꝰ/et a deo glorioso bo/
nos in ministeriuz ꝑ hoĩbꝫ q̃ here
ditatem adepturi sunt salutis/datos esse.

Commentum

Oppositũ qui dicit/est hereticꝰ si se gerat
pro christiano/ꝯtradicẽs exp̃ssis verb̃ apl̃i
Et hec est magna ꝯsolatio illoꝝ q̃ tenẽt ve
raciter ⁊ sine fictiõe fidẽ iesu xp̃i/et q̃ capti/
uãt oẽm intellectũ in obsequiũ fidei/ quia
si fiduciã capimus de hoĩbꝫ peritis in me/
dicina vel astrologia/aut arte alia/ꝙ adiu
uare nos possint/q̃nto magꝭ h̃ facere pos/
sumus de angelicis spiritibus.

Propositio. XVIII

Angelos bonos et malos/inter cau
sas liberas et alias q̃s deꝰ sic insti/
tuit vt eas proprios motus agere
sinat numerandos esse.

Commentum

Oppositũ nullꝰ fidelis aut aliq̃s rite phi/
losophãs dicet/Et inde fit ꝙ absq̃ tẽtatio
ne dei possumꝰ ad angelicũ subsidiũ recur
rere/sicut ad peritũ medicũ/⁊ eum q̃ põt iu
uare nos in necessitatibꝫ nr̃is de cursu cõi
et naturali. Excipit angeloꝝ maloꝝ cõsul
tatio ⁊ inuocatio qm̃ nõ est licitũ ꝑticipare
cũ eis tanq̃ excõicatis a deo ⁊ eccl̃ia tota ⁊
qꝛ fallaces sunt/fallere semꝑ cupiẽtes. nõ
iuuare nisi ficte. Uñ iuxta ꝓuerbium vulgi
ludunt ad falsam societatem.

Propositio. XIX.

Angelos celũ ⁊ terraz/iuxta qd̃ exigit
electoꝝ dei dep̃catio/salꝰ ⁊ ordo/deo

iubēte vel ꝑmittēte/posse mutare vt solem facere stare, et ignem non ardere.

Commentum.

Oppositū putāt oēs astrologi infideles et pagani/negātes vera miracula posse fieri/nec illumiati cū ꝓpha dicēte. Oīa q̄cūq; voluit fecit deus in celo ⁊ i terra in mari et in oībꝫ abyssis. Nesciētes ꝑterea vel negātes miracula veteris legis et noue/q̄lia legere prōptū est in biblia/et autenticis christianorum libris.

Propositio. XX.

Angelos ꝑ deuotas ad deum ꝑces/potiꝰ q̄ꝫ ꝑcuriosas inspectiōes/vel obseruatōes ꝯstellationū. posse cōciliari/⁊ ꝑ ipos opē hoībꝫ dari. Vñ ⁊ ꝑ fidem sancti vicerūt regna. non ꝑ celum.

Commentum.

Oppositū dicētes ꝯuincunt ex ꝑmissis iuncta ꝑmissiōe dei dicētis. Quecūq; orātes petitis credite ⁊ fiet vobis. cū similibꝫ multis. iūcto q̄ non semꝑ expedit nob hr̄e prospa q̄ petimꝰ. sꝫ magꝫ aduersa q̄ fugimꝰ Nec oportet in recursu ad eos et deū/tēpꝰ oratiōis ꝑ cōstellatiōes obseruare/vt Guilhelmus parisiēsis notāter ait ⁊ deducit.

Propositio. XXI.

Angelos ꝑsertim malos in artibus magicꝫ ⁊ oībꝫ suꝑstitiosis oꝑatōibꝫ/q̄ nec rationē naturalē/nec miraculū verꝫ habent/sed ex pacto noto vel occulto/nō dubiū oꝑari/⁊ effectū sortiri.

Commentum

Oppositū posuerūt q̄ negauerūt demones esse/ꝯtra exp̄ssam sacre scripture lr̄am i veteri et nouo testamēto. Fuerūt etiā experiētie multe i oppositū/⁊ etiaꝫ doctrine sctōꝝ noīatim. Augustini. q̄ notāter dixit. Oēs tales obseruatiōes tāto magis suspectas ⁊ fugiēdas esse. q̄nto sepiꝰ vidētur suū sortiri effectū. Etsi allegetꝫ q̄ frequēter multa iubent illic obseruari i artibꝫ magicꝫ vl' sortilegijs/q̄ sunt sctā ⁊ honesta. vt ieiunare. castū esse. dicere pr̄ nr̄. ⁊ euāgeliū. Respondebat vnꝰ vere ⁊ catholice. suꝑstitionē tanto peiorē esse. q̄nto plura miscent bona. q̄niā vñ deberet honorari deꝰ. honorat diabolꝰ. Nemo tñ ex h̄ intelligat obs̄uationes christianoꝝ reprobatas esse. q̄ vel ab eccl'ia ꝯstitute. vl' ab eadē rationabiliter tolerate sunt. q̄uis nō appareat ratio huius magis q̄ꝫ illius. nisi vel ex volūtate seu autoritate instituētꝫ. vel a deuota quadā imaginatiōe faciētis. q̄ nō recedit a deo. sꝫ in exterioribꝫ signis aliq̄bꝫ se exercet. vt i tali numero orationū. in peregrinatōibꝫ. in nouenis. et oblatiōibꝫ nūc cādelarū. nūc panis. nūc galloꝝ. nunc in gestatiōe reliquiarum et bibitiōe ab lutiōis earū. In quibꝫ pia fide factis/nō minus pōt se īmiscere bonus angelus/q̄ꝫ malus in impia ⁊ ꝓhibita fide factis. Fortassis et emperica medicorū tolerari pñt. Hāc generalē habētia rationē/fortificationē. s. imaginatiue virtutꝫ. Mēdax assertio tamen desit.

Propositio. XXII.

Angelos mediate ⁊ inclinatiue seu dispositiue/posse suꝑ intellectuꝫ et voluntatē ꝑ imutationē sensuū/tā interioꝝ q̄ꝫ exteriorum/pro dei iussu vel ꝑmissione multipliciter operari.

Commentum

Oppositū pauci vel nulli senserūt ex astrologis ph̄is ⁊ catholicis. q̄ ꝯsenserūt angelos vel intelligētias esse. Nā ⁊ suꝑ hac radice fundāt astrologi regl'as interrogationū et responsionū. ⁊ alias multas. sꝫ fallunt in pluribꝫ. ex ꝑtactis causis. q̄ ponunt angelos influere pure naturaliter. nec satis attēdunt liberi arbitrij potestatem. dei volūtatem et materie diuersitatem.

Propositio. XXIII

Angelos vel intelligentias in suis actiōibꝫ ⁊ influxibꝫ liberis. ponere sub certis regulis coartari. tradi ⁊ cognosci. temerariū ⁊ impiū. necnō a vera philosophia ⁊ theologia alienum esse.

Commentum

Oppositū dicētes ꝯuincunt ex ꝑdictꝫ. maxime ꝓpter arbitrij libertatem in angelis regentibus et in hominibus gubernatis.

Proposi. XXIIII.

Angelos et deū cuiꝰ mīstri sūt. illos offendere. q̄ regulas ⁊ traditiōes. ꝑiudicātes influxui libero dei ⁊ angeloꝝ. imo ⁊ hoīm libtati/tradūt et palliāt sub noīe astrologie vel alteriꝰ naturalis scientie. ⁊ talibꝫ autoritatē vel approbatiōis occasionem dari non debere.

Commentum

Oppositū dicētes ꝯuincuntur ex ꝑmissis

iuncta lege dei tam vetere q̃ noua Juncto preterea ꝑ secũda ꝑte illo qđ dicit apostol⁹ Ab omi specie mali abstinete vos. hoc est ab omni scãdalo dãte occasionẽ ruine.

Propositio .XXV.

Humanã rationem posse et debere astris cognitis vel incognitꝫ dñari nec ab eis in vitium trahi.

Commentum

Concedũt istã sapiẽtes astronomorum/vt Ptolome⁹. maxime de sapiẽte/ q̃ ꝑcognoscit celi ꝯstellatiões inclinatiuas. qm̃ põt adhibere remediũ cõtra noxias/sicut facimus regulariter ꝯtra hyemẽ ꝓuidẽdo đ calefactiõe ⁊ domibꝫ. ⁊ ꝯtra calores estatis ꝓuidẽdo de refrigeratiõibꝫ. ⁊ ita de pestilentijs. diluuijs. bellis ⁊ silibꝫ Tradũt itaq̃ vere et bñ iudicia astronomie tenere mediũ ĩter necessariũ ⁊ impossibile/qꝛ scꝫ sũt de cõtingẽtibꝫ/⁊ possibilibꝫ aliter se hr̃e. Sꝫ etiam q̃ hũana ratio dñet̃ stellis icognitꝫ nec trahat̃ ĩ vitiũ ꝓbat̃ ex libertate arbitrij. ⁊ ex adiutorio dei libero/qđ dat̃ timẽtibꝫ eũ/et ex libero angeloꝝ misterio. qđ adiutoriuꝫ dei ⁊ angeloꝝ impetrãt sup oẽm dispositionẽ stellaꝝ fides spes et caritas/q̃bꝫ derelictis euenit freq̃nter vt volẽtes infortunia vitare/ĩ ea ipa se trudãt ⁊ inuoluãt/vt comprehendantur sapiẽtes in astutia sua.

Propositio .XXVI

Humanã rationẽ indignã esse ꝑ vanitates ⁊ insanias falsas. aut saltez icertissimas ĩ sua actiõe se captiuare/⁊ melãcolijs q̃tidianis anxijs et periculosis agitari.

Commentum

Cõcedũt hoc expti ⁊ inter alios Tull. ĩ fi. li. de diuinatiõe. Et h̃ dicebat dñs petrus cardinal̃ Cameraceñ. cũ obſuatões hmõi reprobaret. Addẽs se timere regꝫ adolescẽtie/ne talibꝫ imbueret̃/et post ab eis nõ posset auelli.

Propositio XXVII

Humanã rationẽ debere ꝑ cõsultationes ꝓbatoꝝ et exptoꝝ viroꝝ ꝑ leges insup morales ⁊ dĩnas /se in suis actiõibꝫ maxĩe in gubernatiõe reipublice/spretis supstitiõibꝫ fallacibꝫ /regulare.

Commentum

Cõcedũt istã q̃ attẽdũt/q̃ nõ frustra dedit nob̃ de⁹ rationẽ liberã/pl⁹ q̃ brutꝫ. Dedit insup leges diuinas naturales ⁊ politicas prudẽtiã q̃ꝫ ꝑ experiẽtias mltas generatã. Ex ergo hũana ratio/libtas/ ⁊ prudẽtia cẽtũ vel mille hoĩm ĩmo vni⁹ regni derelinq̃ntur ad insequẽdum opinionẽ vel deliratio nẽ vni⁹ vel duoꝝ aut paucissimoꝝ /fingẽtiũ se scire mirabilia ex astris vel aliũde(nescio quõ)ꝑ fantasia capitꝫ sui/sup euẽtibꝫ ⁊ agẽdis ĩ republica/ vt q̃ nõ ẽ bellãdũ vsq̃ ad tres mẽses/vel vnũ annũ cuꝫ hostibꝫ/q̃ tñ destruũt oĩa/⁊ ita de silibꝫ absq̃ nũero. Ex inq̃ ꝓpter paucos tales/derelinq̃t̃ hũana ratio ⁊ prudẽtia/indignissimũ ẽ/fatuũ/et delirum/ĩmo merito dei iudicio puniendum/et in stultum finẽ precipitandum.

Proposi. XXVIII.

Humanam rationẽ/ꝓpter hoĩes viles ⁊ ignotos/⁊ de corruptela iudicij mltiplicit̃ suspectos. pessimeq̃ vt ĩ plurimũ fortunatos/⁊ sine fide/q̃les in tenebris susurrãt/indignissimum captiuari vel dimitti.

Commentum

Cõcedũt istã q̃ ꝑcedẽtẽ attẽdũt/⁊ ex termis suis se verã eẽ demõstrat. ꝑsuppositꝫ his q̃ poit/q̃ tñ sũt ꝑ expiẽtias q̃tidianas maifesta

Propositio.XXIX

Humanã rationẽ ꝓpter sui cõcausationẽ liberã/nõ posse vel debere ꝑ q̃lescũq̃ expientias cuiuscũq̃ tpis sub necessarijs euẽtuũ reglis vl̃ arte ꝯcludi

Commentum

Cõcedũt istã/q̃ reꝝ ꝯnexiões attẽdũt/⁊ hi q̃ didicerũt ex logica. q̃ oĩs ꝓpositio copulatiua cõposita ex pl̃ibꝫ necessarijs cathegoricis vl̃ ypotheticꝫ reddit̃ ꝯtingẽs /si ꝯtineat vnicã ꝓpositiõez ꝯtingẽtez. Ac ꝓinde sumit̃ efficax argumẽtũ ꝯtra regulas astrologie sũptas ex q̃ntiscũq̃ expimẽtꝫ/si liberuꝫ arbitriũ ꝯcurrebat vt cã ꝯiũcta ad effectuꝫ req̃sita. Potuit eni semꝑ dici de effectu tali/q̃ indifferẽs erat ad sic fieri vel nõ fieri. nec inde ligari alterius arbitrium potuisse

Propositio .XXX.

Humanã rationẽ/ad deũ gloriosuꝫ q̃ nutu libero cũcta tẽperat ⁊ ad finẽ supnaturalẽ hoĩm gen⁹ ꝑcipue ordinat/debere sedulo ꝯuerti /ꝑ fidẽ spem et caritatẽ. Per adiutoriũ insup angelorũ

et sanctorꝫ/quos liberaliter ⁊ libere vult deus agere/⁊ ad eos recursuꝫ hr̃e. q̃tinꝰ ordine hierarchico infima reducãtur ad supiora per media.

¶ Commentum

